

non etiam assensum ejusdem expectare, quia potest etiam invitato capitulo efficere id, quod judicaverit magis expedire. Sic ex Steph. Vuemys. Barbos. de Canon. cap. 24. numer. 20.

Episcopus antequam indicet, & publicet synodum diocesanam, requirere debet saltem consilium capituli juxta regulam; cap. Quanto s. de his, que sunt a Prælati sine consensu capituli. Rota in Barbastren. Jurisdictionis cor. Pamphilio 7. Julii 1585. Episcopus enim prudens, antequam decreta Synodi promulget, debet prius in privatis congressibus a viris doctrina, prudentia, & pietate præstantibus, & deinde ex obligatione a capitulo collegialiter coadunato, consilium exquirere, licet solus potestatem legislativam statuendi habeat, & consilium sequi non teneatur. Sac. Cong. Conc. in Hispalen. Synodi 26. Novembr. 1689. Et sic quod Episcopus in decernendo, & statuendo ea, quæ sibi benefica fuerint in Synodo diocesana, teneatur requirere consilium capituli, non autem illud sequi in casibus in Jure expressis, decrevit eadem Sac. Cong. in dict. Hispal. 15. Jan. 1695. Requisitio tamen consilii capituli facta per edictum sufficit ad sustinendam validitatem Synodi, prout censuit Sac. Cong. Conc. in Ortanen. Synodi 15. Decembr. 1696. Concordat omnino, quæ habet Benedic. XIV. de Synodo diocesan. lib. 8. cap. 1. per tot. ibique subdit, quod si Episcopus constitutiones suas inconsulto capitulo promulgaverit, illæ profecto, quod ad normam juris non sint exactæ, firmitate carent. De primo ad ultimum capituli consilium requiri debet in omnibus arduis ecclesiæ negotiis; cap. Novit. 4. cap. Quanto s. cap. Pastoralis 9. de his, que sunt a Prælati sine consensu capituli. Ecclesia enim habet Senatium cœterum Presbyterorum (id est capitulum) sine quorum consilio Prælati nihil agere licet, ut legitur in cap. Ecclesia habet Senatium 7. caus. 16. quest. 1. & facit ad hoc Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 12. de reform. circa finem, ibi: Ut merito ecclesiæ Senatus dici possit. Adeoque pro arduis ecclesiæ negotiis expediendis esset semper requirendum hujus ecclesiastici Senatus consilium. At vero fere ubique habetur in plurimis consuetudo contraria, quæ legitime extante, non amplius requiritur ipsius capituli consilium; textu expresso in cap. Non est 3. de consuetudine in 6. sicut in aliis quoque, quæ supra diximus, contraria prævaleat consuetudo; cap. Ea noscitur 6. de his, que sunt a Prælati sine consensu capituli. Et de facto, quod capitulum cathedralis subiciatur constitutionibus synodalibus aliisque legibus, etiam per edicta panditis sine consilio capituli, respondit novissime Sac. Cong. Conc. in Gerunden. 19. Decembr. 1739. ad 3.

(Præter ea quæ postea verb. Concilium notabuntur, in confirmationem, utrum facultas aliqua regie potestati super similibus dispositionibus synodalibus inhæreat, videatur in lit. A. pag. 27. vers. Uique non atque etiam in prædict. verb. Concilium in addit. hisp. que incip. An dicta recognitio.)

Idque procedit, etiamsi capitulum cathedralis exemptionem obtineat: Subditur enim legibus synodalibus in iis, quæ versantur circa morum, & disciplinæ reformationem, ita declarant Sac. Cong. de Synodo diocesana lib. 4. cap. 8. §. 7.

Antiquitus presbyterium Senatus erat ecclesiasticus, quocum Episcopus peragebat potiora suæ ecclesiæ negotia. In locum presbyterii successit capitulum, & Episcopo loco Senatus intimi per plura secula fuit in censuris gravioribus, & statum ecclesiæ concernentibus. Sed a seculo duodecimo, quo Episcopi toti sibi officiales assumere coeperunt, decrescere cepit auctoritas capitulorum. Adhuc tamen pro varietate negotiorum debent Episcopi aliquando consensum capitulorum exquirere. Illud sat est, quod Episcopi exquirant, quum non obliget: hunc autem Episcopi & exquirere, & sequi regulariter debent, Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 10. §. 1. & dub. seq.

Consensus vero locum sibi vindicat, si vel in jure canonico, vel in capitulationibus expresse exigatur. In aliis negotiis gravioribus sufficit consilium, nisi consuetudo ab hac etiam necessitate Episcopum absolverit; nam non esse improbandam hanc consuetudinem dicitur in capit. 3.

de consuetud. in 6. Consule Barbosa de canon. capit. 42. 39 num. 29. & seq. Ferosin. de potest. cap. Sede vacante, tract. 2. quest. 1. num. 4.

Causis in quibus Episcopus adhibere debet consensum capituli, recenset Auctor, at non omnes extra controversiam sunt; Confer Bohemer. in decret. lib. 3. tit. 10. & §. 4. ad finem. &

ARTICULUS III.

Capitulum, quoad ea, quæ ipsum concernunt, & Sede plena, & Sede vacante.

SUMMARIUM.

- 1. An capitulum, sede plena, possit condere statuta, ad num. 5.
2. Quæ conditiones requirantur, ut vim habeant statuta ab ipso condita.
3. De quibus statuere capitulum possit vel non, ad num. 15.
4. Capitula utrum vocanda ad Concilia provincialia, ad num. 17.
5. An capitulum valeat Canonicos dispensare a residentia.
6. Quomodo, Sede vacante, succedat in Jurisdictionem Episcopi, ad num. 26.
7. An teneatur, Sede vacante, creare Vicarium Capitularum, & intra quem terminum, ad n. 30.
8. Quis modis vacet sedes episcopalis ad hunc effectum, ad num. 35.
9. Tota exponitur ratio Vicarium Capitularum eligendi, ad num. 65.
10. Capitulum cathedralis cum quo titulo salutandum a concionatore.
11. Agitur de precedencia inter capitulum cathedralis, & collegium.
12. Exemptio capituli cathedralis in quo consistat.
13. Quæ in capituli facultas, Sede vacante, quoad mulctas pecuniarias delinquentium.
14. An capituli extinctio inducat suppressionem cathedre episcopalis.
15. Substituuntur additiones ex aliena manu, ad n. 85.

CAPITULUM, sede plena, seu vivente Episcopo potest etiam sine consensu Episcopi condere statuta de iis, quæ respiciunt particularia ipsius capituli negotia, aut proprios capitulares actus concernunt, circa rectam ordinationem ecclesiæ, puta ut certis modis dividantur quotidianae distributiones, vel ut certis temporibus ad capitulum vocati conveniant, seu ut tali ordine, aut ad pulsus hujus, vel illius componantur, Canonici ad chorum, vel capitulum hujus, vel illius, vel super administratione bonorum communium capitularium, in quibus capitulum habet administrationem seorsim ab Episcopo, vel super aliis hujusmodi. Sic Gloss. receptissima in c. Constitutus vers. Statutum 2. de verb. significat. in 6. & DD. communiter cum Rota in Illerden. status 19. Mart. 1597. cor. Corduba, & in Paduana Sedilium 26. Januar. 1618. cor. Cardin. Sacratio, & desumitur ex cap. Cum accessissent 8. de constitutionibus, & cap. Significatum 11. de præbend. ubi reperitur capitulum quædam talia statuta fecisse, quæ non solum rejecta non fuerunt ex defectu potestatis ea ferendi; sed etiam fuerunt per Papam approbata. Accedit textus in cap. Ex litteris 11. de constitutionibus, ubi istud ipsum admittitur in inferioribus universitatibus, juncta leg. 1. §. 2. ff. Quod vultusque universitat. nomin. & leg. ult. cod. de jurisd. omni. Jud. Immo capitulum potest adjecte penas hujusmodi statutis, ad hoc ut firmius observentur; & sufficit consensus majoris partis capituli. Talia tamen statuta non obligant Canonicos successores, nisi ab Episcopo fuerint confirmata; Sac. Cong. Conc. 21. Maji 1607. in qua proposito dubio: Patres unanimiter censuerunt capitulum posse penas adjecte quasi conventionaliter, ex his videlicet, quæ pacto priorum promoveri, ac in conventionem deduci possunt, sufficereque consensum majoris partis capituli; sed ca-

nonicos successores non affici hujusmodi statutis, nisi ab Episcopo fuerint confirmata. Sic refert, & tenet Fagnan. in cap. Cum omnes 6. de constit. num. 37. usque ad num. 43. Capitulum ex causa publicæ utilitatis potest statuta facere contra antiquam ecclesiæ consuetudinem, etiam de ea non facta mentione; Glossa in cap. Cum M. Ferrariensis 9. de constitutionibus, verb. Consuetudinem. Hostien. in eodem verb. num. 2. Butr. n. 10. & 11. Im. num. 8. vers. Et nota etiam. Fagnan. ibidem num. 13. per rationem. cap. 1. de consuetud. in 6. Etiam si consuetudo foveat utilitatem publicam, & statutum sit nutritivum utilitatis privatæ ipsorum statuentium, dummodo tamen hoc faciant ex rationabili causa, secundum Abbat. in cit. cap. M. Ferrariensis num. 2. Aretin. numer. 4. & Fagnan. num. 14. Et dummodo principaliter, & directe concernat utilitatem ecclesiæ, & solum secundario, & indirecte privatam commodum singulorum Canonicorum, & fiat de Episcopi consensu. Ripa in citat. cap. Cum M. Ferrariensis num. 22. Joan. Andreas num. 2. & 11. Statuerunt, & Fagnan. ibidem num. 15. Ut autem valeant statuta a capitulo condita, quatuor potissimum requiruntur conditiones. Prima: Ut capitulares condant tale statutum non in quovis loco, sed in loco ad capitula celebranda deputato Canonicis, non quomodocumque, vel singulariter, sed collegialiter, & capitulo ad id legitime congregato. Rota part. 1. decit. 382. numer. 3. Secunda: Quod duæ saltem partes capitularium adsint; leg. 3. & 4. ff. quod jussumque univ. nomine. Tertia: Ut omnes fuerint vocati, aliquo unum contemptus, seu non vocatus, cum vocari debuisset, posset reclamare, actumque irritate, nisi ob bonum pacis postea consentire voluerit; arg. cap. Bonæ memoriæ 36. de elect. cum similibus, ac notat Abbas in c. 1. num. ultim. de his, que sunt a majori parte capituli. (Vide art. 4. ex p. 189. lit. E, & leg. 13. in fin. tit. 15. part. 1.) Quarta: Ut sanior, & major pars eorum, qui adsunt, statuto consentiat; Barbos. de Canonicis c. 42. n. 18. & alibi passim.

Capitulum, vivente Episcopo, non potest facere statuta, quæ obligent extraneos, sive totam diocesim, quia non habet Jurisdictionem in diocesanos vivente Episcopo. Est communis. Nec etiam condere potest statuta circa ea, quæ tangunt communem statum ecclesiæ, sive episcopatus, ejusque jura, vel alia negotia ardua sine consensu Episcopi. Idque patet ex cap. Cum consuetudinis 9. de consuetud. ubi sub nullitate actus prohibetur, ne absque consensu Episcopi capitulum immutat ecclesiæ suæ constitutiones, vel consuetudines approbatas, atque novas inducat, & ita tenet Gloss. in c. Constitutionem 2. de verb. significat. in 6. verb. Statutum; Barbosa de Canonicis cap. 42. num. 16. Ferosinus de potest. cap. tract. 3. quest. 4. num. 1. Rota decit. 11. apud Farinacium part. 2. recent. Nec enim potest capitulum condere statuta Juri communi contraria, etiam interveniente consensu Episcopi. Et ratio est quia inferior non potest tollere legem superioris; c. Inferior 5. dist. 21. & Clement. Ne Romani §. 1. de elect. Barbosa cap. 42. de Canon. num. 17. Oldradus consil. 259. num. 6. Federic. de Senis consil. 17. Ferosin. loc. citat. quest. 4. numer. 5. & 6. & Rota in Hispalen. portionis Ossuna, 10. Februar. 1623. cor. Manzanedo. (Vide lit. A. pag. 170. in add. novis hispan. & lit. D. pag. 79.) Nec etiam potest capitulum cum consensu Episcopi statuere, quod descendentes ex genere infecto, puta Judæorum, Mauro-rum, & Hæreticorum, ceteroquin tamen digni, non admittantur ad beneficia ecclesiastica. Nam hujusmodi statutum est contra Jus commune; cap. Eam te 7. de rescript. ubi Pontifex quidam scribit his verbis: Pro eo verò, quod Judæus existerit, ipsum de dignari non debet recipere in Canonicum. Barbosa loc. cit. num. 18. & lib. 1. Juris ecclesiast. cap. 32. num. 18. Ferosin. loc. citat. quest. 4. num. 6. & Rota in Cordubens. dimidia portionis 28. Junii 1628. cor. Molino. Nec etiam potest capitulum statuere, ut non admittantur Canonicis, nisi probata nobilitate, quia est contra cap. Venerabilis 37. de præbend. allegata illa ratione: Non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, dignumque servitorem. Nec est exceptio: personarum

apud Deum; & vis ad culmina dignitatum (ne dum præbendas) viri eminentis scientia valent reperiri. Abbas in cit. cap. Venerabilis num. 4. Barbosa ibid. num. 5. de præbend. Pithing. de præbend. num. 111. ubi n. 113. excipit illas ecclesias, in quibus ex primæva fundatione conditio nobilitatis exigitur. Nec etiam potest capitulum statuere, ut capiens possessionem canonicatibus, aut beneficiis, teneatur aliquod solvere conventum in commodum aliorum Canonicorum, & beneficiorum. Hoc enim tamquam simoniacum reprobatur in cap. Si quis præbend. 15. caus. 1. quest. 3. & cap. Jacobus 44. de simonia. Et sic teste Garzia part. 8. de benefic. c. 1. n. 83. & 84. habetur ex decisione Sac. Congreg. in Leodiensi, juncto Concilio Tridentino sess. 24. c. 14. de reformat.

Capitulum potest competere Jus conferendi beneficia, etiam privative ad Episcopum, ut colligitur clare ex cap. Nulla 2. de concessione præbend. aliis enim non fieret devolutio de capitulo ad Episcopum, ut disponitur in cit. cap. Nulla, verb. Quod si ad capitulum pertinuerit: & notat Bernard. ibid. in princ. Abbas num. 5. Fagnan. num. 40. Ad capitulum, Episcopo existente hæretico, spectat facultas concedendi dimissorias. Immo ipsas dimissorias sufficit obtinere ab uno ex Canonicis, si reliqui propter hæresim sint dispersi; sic Sac. Congregat. in qua proposito dubio, an Episcopo existente hæretico, facultas concedendi dimissorias, juxta Trident. cap. 10. vers. 7. pertinet ad capitulum cathedralis ecclesiæ; anve eo casu, quo capitulum concedere potest dimissorias, si canonici propter hæresim dispersi sint, & nequeant convenire, aut conveniri sine difficultate sufficere habeant literas dimissorias ab uno aliquo ex Canonicis cathedralis ecclesiæ, aut omnino sine dimissoriis adire pro suscipiendis Ordinibus viciniorum Episcopum? Die 14. Januar. 1588. Sac. Congreg. Cardin. Concil. Trident. Interpretum: Ad primum censuit ad capitulum pertinere, si Episcopus sit notorie hæreticus. Ad secundum, & primam ejus partem sufficere habere dimissorias a residentibus capitularibus, etiamsi unus dumtaxat resideret, quia Jus capituli etiam in uno conservatur. Glossa in cap. Gratum, ubi Abbas num. 9. de postul. prælator. Ad secundam partem, neque adeundum viciniorum Episcopum, neque Metropolitanum, sed adeundum Sedem Apostolicam. Capitula cathedralium, etiam vivente Episcopo, vocanda sunt, & admittenda, et eorum Nuntii, ad concilia provincialia, præsertim ad ea tractanda, quæ capitula ipsa contingere dignoscuntur; cap. Et si membra 10. de his, que sunt a prælati sine consensu capituli, ibi: Visum fuit nobis, & fratribus nostris, ut capitula ipsa ad hujusmodi concilia debeant invitari, & eorum Nuntii ad tractatum admitti, maxime super illis, quæ ipsa capitula contingere dignoscuntur, & in ejus Summario expresse dicitur: Ad concilia provincialia vocari debent, & admitti cathedralium ecclesiarum capitula, ubi Abbas n. 4. dicit procedere etiam in negotiis non tangentibus capitula. Bottas in tract. de Synodo part. 2. num. 42. Quarant. in Summa Bullarii verb. Concilium provinciale, vers. Quattro quæro; Barbosa de Canon. cap. 42. num. 21. Immo ad concilia provincialia vocanda sunt etiam capitula collegiatarum quasi episcopalem Jurisdictionem habentia, ut decisum fuisse a Sac. Cong. Conc. ex Prospero de August. refert Barbosa de Canon. cap. 42. num. 22. lib. 1. Juris ecclesiast. univers. cap. 31. num. 21. Capitulum non potest residentiam Canonicorum remittere, neque servitium condonare, non obstante statuto, sive consuetudine, quæ potius dicitur corruptela. Sac. Cong. Conc. in Tarraconen. 26. Januarii 1697. & in Giemen. Vacationum 16. Januarii 1700.

Capitulum, Sede vacante, succedit in Jurisdictionem Episcopi, & potest omnia facere, quæ sunt Jurisdictionis ordinariæ, nisi expresse prohibita reperiantur; capit. His quæ 11. capit. Cum olim 14. de majori. & obed. cap. unic. cod. tit. in 6. c. Ad abolendam, de heret. verb. Sede vacante: & sic Doctores passim. Non succedit tamen capitulum in Jurisdictione Episcopo delegata, etiam ex generali delegatione Sedis Apostolicæ; Innocent. in cap. Ad abolendam, de heret. num. 1. vers. Item Epis-

copus, & capitulum; Et apertius ibi Joan. Andreas *super ultim. gloss.* Federic. de Senis *consil.* 30. Cardin. in *Clement. 1. quest. 8. de heretic.* Abbas in *dict. cap.* Cum olim *num. 2. vers.* Quinto dubitatur: & communem esse, & tenendam attestatur. Franc. in *cap. Episcopali Sede vacante unica de majorit. & obediens. in 6. & Fagnan. in cap. His, quæ 11. de majoritat. & obediens. num. 55.*

21 Sic etiam in capitulum, Sede vacante, non transeunt ea, quæ ex Concil. Trident. competunt Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, Fagnan. *loc. cit. n. 56.*

22 Secus autem, si competant Episcopis utroque Jure, scilicet ordinario, & delegato, veluti si Concilium det Episcopis facultatem procedendi etiam auctoritate apostolica; ideoque Sac. Cong. censuit, facultatem transferendi beneficia simplicia ab ecclesiis collapsis competentem Episcopo *ex cap. 7. sess. 21. transire in Vicarium capituli Sede vacante, quippe decretum illud non dicit simpliciter auctoritate apostolica, sed addita particula etiam, quæ est implicativa Jurisdictionis ordinariæ; sic refert, & tenet Fagnan. loc. cit. num. 55.* Capitulum, Sede vacante, non succedit in Jurisdictione competente Episcopo Jure speciali. *Gloss. in cap. Scriptum, de elect. in verb. Temporarii: & ibi Abbas num. 5. Innoc. in cap. Verum, de for. compet. & ibi Abbas num. 5. Innoc. in cap. Verum, in cap. His, quæ 2. de majorit. & obediens. Et ideo capitulum Paduanum, sicuti omne aliud capitulum respectu consimilis privilegiati Episcopi, non succedit in potestate conferendi gradum Doctoratus, & Magisterii, qui competit Episcopo de Jure speciali. Cardin. in *dict. cap. Verum: Joan. de Anan. in dict. cap. His, quæ, numer. 3. Fagnan. ibid. num. 44.* Sicuti nec succedit in Jurisdictione Episcopo competente ratione feudi, nisi feudum esset commune Episcopo, & capitulo; quia quando ea, quæ competunt Episcopo de Jure speciali, spectant communiter tam ad Episcopum, quam ad capitulum, tunc succedit capitulum; unde si feudum non esset de mensa solius Episcopi, sed esset commune Episcopo, & capitulo, tunc capitulum agnosceret Sede vacante; *cap. unic. Ne Sede vacante in 6. Joan. Andr. in dict. cap. Verum 7. de for. compet. n. 6. vers.* Puto tamen quod si feudum esset commune. Abbas *ibid. n. 8. & in vers. & not. ex dict. Fagnan. ib. n. 9.* ubi expresse subjungit, quod capitulum *Ne Sede vacante in 6.* locum habet non solum in collatione beneficiorum, sed etiam in aliis, quæ spectant communiter ad Episcopum, & capitulum.*

26 Capitulum, Sede vacante, potest quasdam constitutiones facere obligantes totam diocesim, etiam in tempore futuri Episcopi, donec hic, vel ejus successor easdem revocaverit. Sic Federic. de Senis *consil.* 16. Abbas in *cap. Cum olim 14. de majorit. & obediens. numer. 2. §. Septimo dubitatur: Felin. in cap. Cum, num. 10. de constitutionibus, Ferosin. tract. 1. de potestate capituli quest. 17. num. 5. Fagnan. in cap. Cum olim, numer. 77. Castropal. part. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 23. n. 22. & alii passim. Et ratio est, quia capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo in his, quæ sunt jurisdictionis; *cap. Cum olim 14. de majorit. & obediens. & cap. unic. eod. in 6. cum concordantiis, ac tradit Glossa magna in Clement. unic. de rerum permut. atqui potestas faciendi constitutiones pertinet ad potestatem jurisdictionis, adeoque &c. Tunc quia capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo in administratione temporalium, simulque spiritualium rerum totius diocesis; c. Si Episcopus 3. de supplend. negligent. prelator. num. 6. cum similibus; ergo succedit etiam in potestate faciendi constitutiones ad correctionem criminum, ac morum reformationem deservientes, cum hoc concernat administrationem dicitur in spiritualibus. Licet capitulum, Sede vacante, non arctetur de Jure communi ad constituendum Vicarium, sed possit jurisdictionem ad se devolutam per seipsum exercere, ut notat Abbas in *cap. Irrefragabili num. 2. de offic. ordin. Felin. in cap. Cum olim, numer. 9. de majorit. & obediens. & Fagnan. in cap. His, quæ eod. tit. num. 66.* Hodie tamen tenetur Vicarium capitularem constituere infra octo dies post mortem Episcopi, aliis Vicarii deputato devolvitur ad Metropolitanum. Sic expresse Conc. Trid. *sess. 24. de ref. c. 16. ibi***

"Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in Jure canonico sit Doctor, vel Licentiatum, vel aliis quantum fieri poterit idoneus; nisi secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputato; hujusmodi devolvitur. Et si ecclesia ipsa metropolitana fuerit, aut exempta, capitulumque ut praefertur, negligentis fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta, & Vicarium idoneo possit constituere."

29 Capitulum non potest cogi ad creandum Vicarium intra pauciores dies quam octo; sed potest vaudere termino ad Sacro Concilio sibi dato; colligitur ex verbis ipsius Concilii, & tenet expresse Quarant. in *summ. Bullarum, verb. Capitulum; Sede vacante, §. Duodecimo quæro, vers. Terminum, Barbos. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 163. in fin. & alii passim. Et infra illos dies, antequam Vicarium constituat, exercitium jurisdictionis spectat ad totum capitulum in solidum, non autem ad primam dignitatem. Sic expresse decrevit S. C. 19. Sept. 1620.*

31 Capitulum nedom potest eligere, si constituere Vicarium capitularem post mortem Episcopi, sed etiam quando ecclesia vacat per translationem Episcopi ad aliam ecclesiam; tunc enim capitulum tamquam Sede vacante, habita notitia etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Sacri Collegii, quod Episcopus à suæ ecclesie vinculo absolutus fuit in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum, & adeptam possessionem secundæ ecclesie, poterit, & debet Sedem vacantem publicare, & Vicarium, juxta Concil. Tridentin. prescriptum eligere. Sac. Cong. Concil. 14. Decembris 1625. Urban. VIII. *constit. incip. Nobis super: Rota part. 1. recent. decis. 10. num. 474. per tot. & communiter Doctores.* Sicuti etiam capitulum potest constituere Vicarium in casu, quo Episcopus efficiatur captivus ab hostibus catholicæ fidei, puta à Turcis, Saracenis, Paganis, & Hæreticis, & hujusmodi, quia tunc diceretur mortuus civiliter, & in hoc casu mors civilis æquiparatur morti naturali; textu expresso in *cap. Si Episcopus 3. de supplend. negligent. prelator. in 6. ibi: "Si Episcopus à Paganis, aut Schematicis capitur, non Archiepiscopus, sed capitulum, ac si sedes per mortem vacaret, illam in spiritualibus, & temporalibus administrare debet, donec cum libertati restituit, vel per Sedem Apostolicam (cujus interest ecclesiarum providere necessitatibus) super hoc per ipsum capitulum, quam cito commode poterit, consulendam, aliud constituit ordinari."* Et ibi Glossa in *verb. Mortem, & verb. Sed capitulum, & verb. Paganis, vers. Nota primo, & Rota in Burgen. 10. Martii 1597. cor. Orano.* Sic pariter sedes vacat, si Episcopus ingrediatur aliquam religionem; nam tunc post admissionem Summi Pontificis ad resignationem ecclesie, capitulum succedit in jurisdictione episcopali, & sic eligere potest Vicarium capitularem, qui illam administret; nam æquiparatur mors naturalis, & ingressus religionis; c. Placuit 8. *caus. 16. quest. 1. & ibi Glossa verb. Mortuus, & cap. Nullus 53. caus. 2. quest. 7. leg. Res uxoris, cod. de donat. inter vir. & uxor.* Sic etiam vacat sedes per renuntiationem, quia quantum ad hoc renuntiatio episcopatus eundem parit effectum, sicuti mors Episcopi; *cap. 1. de renuntiat. in 6. Glossa in cap. Si enim nulla, verb. Mortem, de supplend. negligent. prelator. in 6. & Doctores communiter in 5. cap. 2. de præbend. in 6.* Sic similiter vacat sedes per depositionem, vel relegationem, quæ sunt pariter mors civilis, & quoad hoc æquiparatur morti naturali. *Gloss. in cap. Si propter tua debita, verb. Vacabunt de rescriptis in 6. & in cap. Si Episcopus, verb. Mortem, de supplend. negligent. prelator. in 6. & Canonistæ communiter in cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. in 6. Non potest tamen capitulum Vicarium constituere in casu, quo Episcopus sit excommunicatus, vel suspensus; vel in casu quo, Episcopo in remotis degente, Vicarius generalis ab ipso relictus moriatur, vel à Principe seculari ejiciatur à diocesi; quia tunc recurrendum esset ad Sedem apostolicam pro provisione. Sic de-*

decrevisse Sacra Congregatio Episcop. & Regul. 11. *Januarii 1616. in Messana ex cap. penult. junctâ Gloss. verb. Mortem, de supplend. negligent. prelator. in 6. refert Nicol. in Floscul. verb. Vicarius capitularis n. 57. & tenet Monacell. tom. 1. tit. 1. Formul. 2. n. 2. & solidè Fagnan. in cap. Quia diversitate 5. de concession. præbend. à num. 11. usque in finem.*

37 Capitulum non potest devenire ad electionem Vicarii capitularis ante certam notitiam vacationis, quia tempus à Tridentino statutum incipit à die scientiæ mortis certæ, & non præsumptæ, vel à die certæ translationis, resignationis, & hujusmodi; aliàs electio est nulla, licet capitulum certum esset de imminente morte, vel translatione Episcopi. Sac. Cong. Episc. in *una Neritonem. 24. Maji 1651. ex cap. Bonæ memoriæ 36. de election. Capitulum neque potest devenire ad electionem Vicarii capitularis post habitam notitiam mortis, vel translationis Episcopi, quando Vicarius defuncti, vel translatus, missus fuerat à S. Sede Apostolica, vel à Sacra Congreg. Episcop. Sic declaravit eadem Sac. Cong. in *Aquiana 4. Aug. 1578. quia durat etiam Sede vacante. Eadem Sacra Congreg. in una Lyciens. 17. Novembris 1590. arg. cap. penult. junctâ. Glossa in verb. Mortem, de supplend. negligent. prelat. in 6.* Electio Vicarii capitularis debet fieri, capitulo more solito capitulariter congregato, & per secretâ suffragia, aliquoquin nulla est, ut declaravit Sac. Congreg. Episcop. in *una Siculana 18. Novembris 1625. & Sac. Cong. Conc. super cap. 6. de reformat. sess. 25.* Capitulum non potest eligere in Vicarium capitularem, nisi unum tantum, & si eligat plures, electio devolvitur ad Metropolitanum. Sac. Cong. Episc. in *Cassan. 6. Augusti 1569. in Bobiens. 12. Martii 1607. & in Forentina 30. Augusti 1641.* Si tamen plures successive elegerit, primo electus debet continuare, dummodo habeat requisita. Sac. Congreg. Episcop. in *Veltiernem. 1. Septemb. 1623.* Potest tamen capitulum duos Vicarios constituere, ut alternis mensibus vicariatus mutent fungantur, si legitimum habeat consuetudinem ab immemorabili servatam sine interruptione, & electi sint præditi omnibus qualitatibus, quæ Tridentinum *cap. 16. de reformat. sess. 24. requirit.* Sic declaravit Sac. Congregat. Conc. in *Salernitana 26. Junii 1589. & in Pannonitana 31. Maji 1593.* Facta semel per capitulum electione Vicarii capitularis, non potest illum ad libitum revocare, & novum constituere, Sac. Congreg. Episcop. in *Messana 1. Septembris 1603. & 6. Martii 1618.* Si tamen adesset justa causa illum revocandi, debet prius habere licentiam à Sac. Congreg. Episcop. ut declaravit eadem Sac. Congreg. Episcop. in *Menis Regalis 17. Junii in Monopolitana 1. Septembris, in Tarentina 22. ejusdem Septembris 1603. & in Aretina 26. Octobris 1604.* Immo Barbosa in *Summa Apostolicar. decis. collectan. 716. num. 17. dicit, non posse per capitulum revocari Vicarium capitularem, etiamsi sit electus cum clausula, quod possit revocari ex causis sibi benevisis, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. in *Ecclesion. 1. Aprilis. 1628.* quæ tandem remisit ad Congregationem Episcop. & Regul. ut cognosceret causam, ut refert Bonfadin. in *Theaur. Ecclesiast. decis. resol. 51. num. 22.* Plures autem sunt causæ, propter quas solet Sac. Congregat. Episcop. facultatem concedere removendi Vicarium capitularem, ut indignum. *Prima, si Vicarius capitularis non resideat, ut in una Tridentina 7. Julii 1622. Secunda, si patiatur multas exceptiones, & propter malos mores sit exosus clerum, & populum, ut in Neapolit. 26. Januarii. 1604. Tertia, si patiatur aliquid fieri contra libertatem ecclesiasticam, ut in Masuranen. 17. Julii 1601. Quarta, si Vicarius capitularis sit debitor capituli, ut in Nallus Altamura 13. Julii 1646. Quinta, si acceperit pecuniam pro dimissoriis, quam jusit à superioribus non***

restituere statim, ut in *Tranen. 17. Maji 1604. Sexta, si sit Vicarius capitularis in metropolitana, & sine causa inibet suffraganeo, vel ejus Vicario exercitium sui officii, ut in Tarentina 6. Januarii. 1600. in Matheran. 8. Maji 1604.*

A capitulo, pro electione Vicarii capitularis, non debent vocari Canonici absentes, nisi commode fieri possit nec ita absentes possunt mittere, aut constituere procuratorem ad ferendum in electione suffragium. *Gloss. & Canonistæ communiter in cap. Quia propter 42. de election. Et enim ipso quod Canonici transit ad locum, ex quo commode vocari non possit, facit se extraneum, & perdit jus ad eligendum. Passerin. de election. cap. 10. num. 27.* Si tamen adest consuetudo legitime præscripta admittendi in electione Canonicos absentes per procuratorem, talis consuetudo esset intelligenda, & restringenda ad absentes solummodo intra provinciam, & ibidem detentos aliquo legitimo impedimento de tempore actualis electionis Vicarii, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. in *Hydruntina 11. Aprilis 1699.* Et si è contra adesset consuetudo non vacandi quovomodo absentes à civitate, servanda esset. Sic censuit Rota *dec. 83. num. 11. coram Celso.* Et tanta est vis consuetudinis, quod à capitulo pro electione Vicarii, præter Canonicos, vocandi sunt etiam illi, qui de jure non sunt de capitulo, ut Portionarii, alique beneficiarii ecclesie, si adit consuetudo legitime præscripta illos vocandi; sic respondit Sac. Congreg. Conc. in *Nallus Altamura 9. Decembris 1690. & 4. April. 1663. & in Castellanen. 1. Dec. 1696.* Si autem consuetudo non sit pacifica, & legitime præscripta, sed solum pauci actus afferantur, in quibus il, qui non sunt de corpore capituli fuerint admisi ad suffragium ferendum, tunc capitulum potest illos excludere, ut de facto accidit in *Recinaten. proposita in Sac. Cong. Conc. 4. Junii 1701.* in qua altaris cathedralis, qui pluries in electione Vicarii capitularis interfuerunt, & suffragium dederunt, fuerunt exclusi, ex quo consuetudo non erat pacifica neque legitime præscripta. Capitulum debet pro Vicario capitulari eligere unum, qui sit de gremio capituli, & sit idoneus. Sac. Congreg. Episcop. in *una Tranen. 22. Februar. 1597. & in una Neapolitana 10. Junii 1602. & qui sit Doctor, aliàs electio est nulla, ut declaravit Sac. Congreg. Episcop. in Tranen. 25. Februar. 1597. & in Puteolana 26. Martii 1653.* Nec sufficit quod sit magister in sacra theologia, sed debet esse saltem Doctor in jure canonico. Concil. Trident. *cit. sess. 24. cap. 16. de reformat. ibi: Qui saltem in jure canonico sit Doctor, & declaravit Sac. Congreg. Conc. 28. Augusti 1621. & Sacra Congreg. Episcop. in Bononien. 9. Januarii 1601.* ubi jussit removeri Decanum non Doctorem, & eligi Archidiaconum Doctorem. Nec etiam sufficit, quod sit doctoratus à persona privata, sed in aliqua universitate, ut declaravit Sac. Congreg. Conc. die 19. Septembris. 1620. ibi: *Quod debet doctorari in aliqua universitate, non vero de persona privata.* Habilis tamen non Doctor tolerari potest, si Doctor haberi non possit. Sac. Congreg. Episcop. in *Puteolana 23. Julii 1603.* Debet autem Vicarius non Doctor eligere sibi Consultorem benevisum, qui sit Doctor, & in rebus legalibus, & arduis peritus, à quo possit dirigi, prout fit, quando Vicarius Generalis Episcopi est Theologus, & non jurista, ex decretis Sacræ Congregationis, relictis à Nicol. in *Floscul. verb. Vicarius Generalis Episcopi num. 30.*

Si capitulum eligat aliquem in Vicarium capitularem, non Doctorem, quando adest Doctor, ex quo talis electio sit nulla *dict. Tranen. 25. Februarii 1597. & Puteolana 27. Martii 1653.* tunc electio devolvitur ad metropolitanum ex Conc. Trident. *sess. 24. cap. 16. de reformat. & pluries declaravit Sac. Congreg. Conc. ut refert Nicol. in flosc. verb. Vicarius Capitularis num. 61. & ibi: non obest quod non sit Doctor, si tamen sit magister in sacra theologia, & sit idoneus.*

Doctrina hic inserta, stante ejusdem Concilii Trident. disjunctiva dispositione, subsistentiam habere nequit (1).  
 (1) Concil. Trident. de reformat. sess. 24. cap. 16. Ibi: Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare

Sacr. Congr. Episcopi. in *Mazarien.* 25. Decembris 1603. & in *Ostianen.* 10. Nov. 1629. In casu tamen, quo Vicarius deputatus per metropolitanum ob malam electionem capituli, vel ob ejus negligentiam, decederet; tunc posset capitulum novum eligere Vicarium infra octo dies, ut prius, quia pro prima vice tantum jus amittit. Barbosa *lib. 1. Juris ecclesiastici. univers. cap. 7. num. 102.* Quarrant. *verb. Capitulum, Sede vacante num. 4. Gemin. in cap. fin. num. 8. de supp. neglig. Prælator.* Monacell. *tom. 1. tit. 4. form. 2. num. 6. & alii.* Capitulum non potest in electione, seu deputatione Vicarii apponere restrictionem, ut Vicarius capitularis non possit procedere contra aliquem capitularem, absque consensu capituli. Sacr. Congr. Episcopi. in *Regien.* 26. Julii 1593. Vel sine adjunctis. Eadem Sacr. Cong. in *Salern.* 16. Julii 1628. Nec potest apponere in electione conditionem, ut particeps capitulum de emolumentis ex Officio Vicariatus provenientibus. Sacr. Congr. Episcopi. in *Brundisina* 8. Maji 1606. Nec potest capitulum reservare sibi facultatem signandi supplicationes, distribuendi conciones, vel habendi superintendantiam seminariorum. Sacr. Congr. in *Tuertina.* 11. Decembris 1654. Vel faciendi gratiam condemnatis ab ipso Vicario, vel cognoscendi de causis suspensionis ipsius Vicarii; ac Judicem non suspectum partibus deputandis, vel cum alia quacunque restrictione insolita. Quod si Vicarius capitularis electus fuerit cum hujusmodi restrictionibus, poterit nihilominus libere uti sua jurisdictione absque ullo respectu supradictarum conditionum, ut declarat Sacr. Cong. Episcopi. in *Salernitana* 16. Julii 1628. & in *Venusina* 14. Nov. 1698. Capitulum enim post electionem Vicarii nullam exercere potest jurisdictionem, quia post electionem tota jurisdictione Episcopalis transit in Vicarium capitularem private quoad capitulum, non cumulative. Sacr. Congr. Episcopi. in *Hydruntina* 11. Octobris 1655. & in *alia Neriton.* 17. Septembris ejusdem anni. Unde substitutio faciendi propter absentiam Vicarii spectat ad ipsum Vicarium & non ad capitulum. Sic decisum fuisse à Sacr. Congr. Concilii. refert *Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 23. de cis. 6. Fagnan. in cap. His que in de majorit. & obedient. num. 74.* Statuta, quæ excludunt plures fratres utriusque, aut ex uno tantum latere conjunctos à voce activa in capitulo, vel Consilio, laudabilia sunt, & approbanda. Sic expresse Sacr. Cong. Concilii in *Paderbornen.* 9. Augusti 1704. Item statutum à capitulo conditum, iuxta quod non plures, quam duo consanguinei primi, & secundi gradus in capitulo esse possint, ita ut tertius additus maneat exclusus à voce activa & passiva, fuit approbatum quoad vocem activam tantum. Sacr. Congr. Concilii in *Constantien.* Statuti 21. Maji 1707. licet aliqui Canonici dissentiant, Episcopo tamen consentiente. Cetera alia vide *verb.* Vicarius Capitularis. Capitulum cathedralis non est salutandum à concionatore cum titulo Reverendissimi, neque in absentia Episcopi. Sacr. Riti Cong. in *Capuana* 23. Januarii 1700. apud Monac. *tom. 4. supplement. ad 1. tom. num. 201.*

\* Capitulum cathedralis ecclesie præcedere debet capitulo collegiæ, adeo ut nec sustineantur constitutiones privatarum ecclesiarum aliter decernentes, ut definit Rota decision. 9. post Murgam ad constit. apostol. *De synod. diocesis. lib. 7. cap. 65. §. 2.*

Exemptio capituli cathedralis in eo præcipue sita est, ut Episcopus extra visitationem procedere nequeat contra aliquem Canonicum, sine duobus de capitulo adjunctis, ad normam Trident. *sess. 23. cap. 6. de reform.* Quamvis Episcopus sine adjunctis potest illud visitare, ex Trident. *sess. 6. cap. 4. de reform. De synod. diocesis. lib. 8. cap. 4. §. 8. & lib. 13. cap. 9. nov. edit.*

Capitulum, Sede vacante, non potest in usus proprios convertere multas pecuniarias, & compositiones delinquentium, ut sæpius à Sacr. Congregatione decisum est, ibidem *lib. 10. §. 4. nov. edit.*

Capitulum extinctio non inducit suppressionem cathedra Episcopalis. Benedict. XIV. tom. 2. constitut. 35. incipiens. Notum tibi. (Vid. *verb.* Episcopus.)

Ad potestatem capituli, Sede plena, refertur jus condendi statuta. At hæc quoad statuta à capitulo condi-

ta recepta est distinctio: aut agitur de statutis, quibus quid cautum est in correctionem juris communis, & ad eorum validitatem opus est auctoritate Summi Pontificis, quippe qui derogare unice potest juri communi; Rota in *Bitacion. Admissionis ad participationem super manutentione* 30. Aprilis 1745. §. 9. cor. *Illustr. Caprar. & in Hildesimem. Manutentionis* 17. Marti. 1749. §. 18. & 4. Julii ejusdem anni 1749. §. 12. cor. R. P. D. Elepbani.

Aut disseritur de statutis, quibus licet nihil dispositum sit contra jus commune, tamen vel aliquid jussum est, quod tendat in detrimentum Episcopi, vel immutatus est status universalis ecclesie, & vim ea habere nequeunt, nisi munita sint auctoritate saltem Episcopi, Rota in *Onasburgen. optionis* 13. Januarii 1730. §. Nullum. cor. *clar. mem. Millina.*

Aut demum disputatur de statutis, quibus nec jus commune correctum est, nec Episcopi jura sunt læsa, nec status universalis ecclesie immutatus est, sed aliquid tantummodo præscriptum, quod ecclesie servitium concernat, & citra auctoritatem alicujus ecclesiastici superioris obligant talia statuta; Rota in *Majorie. juris amovendi Musicos* 4. Februarii 1729. §. Pro eo, & in *dist. Onasburg. optionis* 13. Januarii 1730. *dist. §. Nullum, utraque cor. clar. mem. Millina.*

De potestate capituli, Sede vacante, mire inter se variant Doctores. Sunt qui tenent, capitulum, Sede vacante, omnia facere posse, quæ sunt ordinariæ jurisdictionis, nisi expresse prohibita repellantur; Auctor hic num. 19. *Zasolozowski de Potestat. Capit. Sede Episcopi vacante. p. 1. Corvin. de person. & benef. eccles. p. 1. lib. 1. c. 26. n. 14.* Alii potestatem capituli Sede vacante ad ea tantum restringunt, quæ sunt jurisdictionis contentiosæ, & necessitatis; *Fernousius de potestat. cap. Sede vacante tract. 1. cap. fore per totum.*

Nec desunt, qui velint capitulum in ea tantum succedere, quæ in jure reperitur expressa; vide hos apud *Fernousium dist. tract. cap. 1. n. 9.*

Varietas hæc inde nata est, quod in jure canonico non satis determinatum sit, quod jure gaudeat capitulum Sede vacante. Ita vero de potestate capituli Sede vacante ego cum Bohemero in *Decretal. lib. 3. tit. 9. §. 29.* sententiam hæc: *Sede vacante in capitulo exercitium jurisdictionis episcopalis cum omnibus speciebus, & auctoritatibus transit, quatenus hæc in capitulum transire possunt, nec jurium episcopatum diminutionem, & innovationem continent.* & ut probe monet Bohemerus *loc. cit. max. citato*, excludit jura Ordinis; quæ ex consecratione fluunt, & functiones personales, quæ coherent Archiepiscopali dignitati, immo & illa, quæ ex delegatione Summi Pontificis sunt ad ipsius personam restricta. Illustrat posteriorem limitationem, *idem Auctor. ibid.* pluribus aliatis exemplis. Ipsi vero minime assentiri possum, dum §. 28. *Sede ad plures annos impedita*, ait, ratio juris postulat, ut capitulum jus conferendi beneficia vacantis, & ad jus Episcopi pertinencia, integrum esse debeat. Neque enim Pontificem ad hunc curam irregularitatem respicere probabile est, ut potius officium ecclesiasticum interim conferatur habitis, quam fiduciarium ad tam longum tempus commendantur. Multoque magis hoc dicendum sit, si per culpam ipsius Episcopi vacantia nata est; forsitan quod suspensus sit, & ipse moram in petenda relaxatione pensionis committat. Quomodo enim capitulum jus esse potest conferendi beneficia, sede ad plures annos impedita, si nonquam (inquit Pontifex in cap. 2. *Ne Sed. vacant. aliquid innovetur*) in jure tantum quod capitulum vacante Sede fungatur vice Episcopi in collationibus?

Dantur capitula, in quibus deest cathedra Episcopalis, & ita Sedes vacans concipi nequit. Hujus generis sunt capitula collegiarum ecclesiarum. Quoniam vero regi non raro solent hæc capitula per Decanum, vel Præpositum, cui jurisdictione quædam inferior competit, cum pluribus aliis juribus eminentibus, hinc queritur, utrum mortuo tali Prælo:to exercitium jurisdictionis aliorumque jurium Prælatorum huic coherentium, spectet ad ipsa capitula.

tula, an ad Episcopum? Consule Bohem. *loc. cit.* §. 39. & sequent. 63.

Primi nascentis ecclesie sæculis Presbyteri & Diaconi in civitate Episcopali curam animarum gerentes, unum cum Episcopo corpus quasi constituebant. Subsequentibus sæculis paulatim Presbyterorum, Clericorumque numero crescente, cooperit Episcopi & Clero quosdam eligere, sibi que propriis assignare; quorum consilio & opera diocesis suam regerent; & quos posterior ætas Canonice cathedrales tamquam cathedra Episcopali propriis adherentes, & eorum curam Capitulum cathedrale vocavit.

Quæ enim primitus per Episcopum cum consilio & consensu Cleri erant secundum canones tractanda & resolvenda, tandem tractari & absolvi cum consilio vel consensu capituli, neglecto reliquo Clero, coeperunt. Verosimile est hoc jus ad capitula cathedrales devoluisse, quando & beneficiorum & dignitatum titulari erec: & separatim ab ordine collati leguntur.

Quia capitulum cathedrale ipsum quodammodo totius diocesis Clerum representat, etiam prærogativa præcipua gaudet, ceteraque omnia corpora ecclesiastica præcedit quoad magistratum civilem.

Capitulum cathedrale tamquam Senatus ecclesie præcedit quoque magistratum civilem.

A Patrum descendit traditio, quod in capitulum cathedrale, Clerum ecclesie representans, dioceses regim: & ipsaque Episcopalis auctoritas, Sede vacante, devolvatur. Cap. 11. *De re. tit. de majorit. & obedient. Cap. unico. Ne Sede vacante in 6. cap. penult. De suspensenda negligentia Prælatorum in 6.*

Hinc Canonice formantur hæc regulæ: capitulum, Sede vacante, fungitur vice Episcopi, & succedit in omnibus quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in jure expressis; licet etiam non competentem Episcopo jure communi, sed solum ex consuetudine vel statuto sive indulto speciali modo tamen competant tamquam Episcopo & Ordinario.

Notat Cardinalis de Luca *disc. 31. in Conc. Trident.* quod, quia ecclesia cathedralis formatur conjunctim ab Episcopo & capitulo, ab illo scilicet tanquam capite, ab isto tanquam reliquo corpore, ecclesiastica jurisdictione penes totum corpus habitualiter residentem, exercitio autem in peris que competunt capiti, consuetuenter, defecto capite, jure consuetudinis, vel ex jure non deserventi, universa jurisdictione, seu jus cathedraliticum, tam in habitu, quam in exercitio, maneat penes capitulum, tanquam reliquum corpus politicum, seu intellectuale.

Quapropter ea que competunt Episcopis visus jurisdictionis Episcopalis, Sede vacante, competant capitulo.

Illud præcedit tam in jurisdictione contentiosa & necessaria, quam in voluntaria, & gratuita. Vide glossam Pragmat. *tit. de Concubinariis. verb. Superiores.* idem Quin *licet cap. 20. sess. 24. de reform. cause matrimoniales.* & criminales solius Episcopi cognitioni reserventur; exclusis omnibus inferioribus iudicibus; tamen non intelligi exclusum capitulum, Sede vacante, ex Quaranta monet Zypæus, quia non est inferior Prælo:to, sed fungitur ipsa jurisdictione Episcopali.

Quæ vero Episcopo, non ut Episcopo, sed Ordinario suæ diocesis, sed in alia qualitate speciali, & quasi extranea attribuantur, in his capitulum Episcopum non representat, nec ejus vires supplet.

Unde inferitur, quod potestas attributa à Concilio Tridentino Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, defuncto Episcopo, in capitulum non transeat, ut in terminis post alios tradit Fagnanus *ad cap. His que, tit. de majorit. & obedient. num. 55.* namque tenens hoc non procedere, si facultas illis Episcopis competit utroque jure, scilicet Ordinario & Delegato; veluti si Concilium de illis facultatem procedendi etiam auctoritate apostolicæ.

Capitulum cathedrale ad exemplum pristini Presbyterii, sive Cleri, Sede vacante, fungitur vice Pastoris; eique incumbit curam diocesis gerendo, ea omnia facere que Episcopus vi sui officii Episcopalis agere debere: nisi quædam speciali jure futuro Episcopo sunt reservata.

Hinc inter casus specialiter exceptos, in quibus capitulum, Sede vacante, non succedit, præcipuum esse tradunt Canonice collationem beneficiorum; idque si ve competat jure collationis strictæ dictæ, sive jure præsentationis, sive jure proprio, sive jure devotivo; modo tamen collatio sive præsentatio sit libera, neque conjunctim cum capitulo, sed soli Episcopo competat.

Si vero collatio vel confirmatio aut institutio tantum comparat Episcopo ad præsentationem Patroni laici vel ecclesiastici, vel collatio sit quidem libera, sed spectet conjunctim ad Episcopum & capitulum, his casibus capitulum, Sede vacante, Episcopo succedit, & collationem, confirmationem, vel institutionem dare potest, nisi communiter docent Interpretes de communis prævis præbat. Immo si ex aliquo privilegio aut gratia beneficium spectans ad solius Episcopi collationem, debeatur certæ personæ, vel nominato Academico, eo casu posse capitulum aut Vicarium, Sede vacante, conferre tradit *Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 730.*

Observant communiter Canonice, quod si Episcopus in collatione beneficiorum duntaxat consilium à capitulo petere debeat, eo casu non censetur provisio simulata penes capitulum & Episcopum, sed ad solum Episcopum spectare; ut probe capitulum, Sede vacante, de illo beneficio disponere nequeat, uti notat Cabassarius *in sua juris canonice theoria & praxi. lib. 2. cap. 2. §. 17.*

Cum ecclesia suo destituta pastore videtur, ut pupillus computetur; ideo sicut alienatio bonorum pupilli interdicta est tutoribus & curatoribus, pariformiter alienatio bonorum ecclesie seu Episcopatus, sive ad mensam Episcopalem spectantium, capitulo, Sede vacante, interdita est; Fagnanus *ad cap. His que, tit. de majorit. & obedient. num. 58.* & alii ibidem citati.

Ulterius, quia ea que ordinis sunt Episcopalis dependant à caractere Episcopali, qui nec capitulo, nec singulis de capitulo communicatur; etiam in capitulo non transeunt que ab Ordine Episcopali dependunt. Verum, quia non tam Ordinis, quam jurisdictionis est, licentiam impertiri subditis, ut ab alio quodam cæsano Ordine suscipiantur; aut ut Episcopus in aliena diocesi que Ordinis non exercet, ut ab alio quodam cæsano Ordine suscipiantur; aut ut Episcopus in aliena diocesi que Ordinis non exercet, ut ab alio quodam cæsano Ordine suscipiantur; aut ut Episcopus in aliena diocesi que Ordinis non exercet, ut ab alio quodam cæsano Ordine suscipiantur; aut ut Episcopus in aliena diocesi que Ordinis non exercet, ut ab alio quodam cæsano Ordine suscipiantur.

Hanc tamen capituli potestatem limitavit Synodus Tridentina *sess. 7. cap. 10. de reformatione.* ut non liceret capitulis ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimittere, seu reverendas, ut aliqui vocant, tam esse juris communis dispositione, quam etiam cujusvis privilegii, aut consuetudinis vigore; alioquin qui beneficii ecclesiastici recipi, sive recipiendi occasione arduatus non fuerit, concederet.

Hoc decreto etiam comprehendit dimissorias pro prima Pensione notat *Garzias de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 93.* non obstante declaratione S. Congregationis Cardinalium ad calcem hujus decreti relata his verbis *Congregatio censuit, restant hæc non comprehendere primam Pensionem.*

Post quantum vero libera est potestas capitulo, ita tantum vices Ordinarii supplet, dare dimissorias, etiam titulo partitioni vel pensionis, si id ecclesie necessitas aut utilitas requirit, conformiter ad *cap. 2. sess. 21. de reformat.*

Sedes vacare censetur, donec literas confirmationis à Pontifice obtentas Principi, sive ejusdem consilio Episcopus confirmatus ostenderit, illeque placetæ capitulo exhibitæ sunt; atque in vim illarum per se vel per alium possessionem acceperit.

De jure communi jurisdictione Episcopi ad capitulum, Sede vacante, devoluta, eam per se in communi olim exercere poterat.

At cum competum esset, etiam hic non raro locum habere illud tritum: *Segnius expediunt commissa negotia.*

BIBLIOTHECA U. A. N. L.

101 *ita plures, declaravit Synodus Tridentina, sess. 24. cap. 16. de reform. quod capitulum, Sede vacante, Officialium seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino tenetur, qui saltem in Jure Canonico est Doctor, vel Licentiat, vel alius quantum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit, ad metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur.*

114 Circa quod notandum est, Concilium pro uno eodemque accipere Officialium & Vicarium, juxta scilicet usum plurimum ecclesiarum, & quidem totius Italiae; ubi referent Thomass. de discipl. eccl. p. 4. lib. 1. cap. 27. §. 5. etiamnum hodie Officialis & Vicarius Episcopi solet esse eadem persona; quod tamen non obtinet in aliis regnis & provinciis, ubi plerumque solent Episcopi habere Officialium, qui contentiosam jurisdictionem, & Vicarium qui voluntariam exerceat, qui quidem Vicarius Generalis dici consuevit. Quam ob causam observavit Cardinalis de Luca disc. 31. in Conc. Trident. Quod in Hispania potissimum constans sit ecclesiarum consuetudo eligendi in Vicarium, Sede vacante, etiam non Doctorem, indubie quia ibi Vicarius Generalis distinguitur ad Officialium.

115 Sicuti Vicarius Episcopi omnem suam auctoritatem & jurisdictionem ab Episcopo recipit, eamque juxta limites & formas sibi ab Episcopo prescriptas, exercere debet; ita quoque Vicarius a capitulo, Sede vacante, nominatus, omnem suam jurisdictionem & auctoritatem a capitulo mutuatur.

116 Licet enim Synodus Tridentina voluerit, a capitulo constitui Vicarium, nihil tamen circa jurisdictionis immediate devolutionem mutavit, sed eam in terminis juris communis reliquit, ut quemadmodum de jure communi tota ad capitulum devolvebatur, ita & nunc devolvatur, maneatque ipsa jurisdictione radicaliter, etiam constituto Vicario, apud ipsum capitulum; exercitium vero apud Vicarium.

117 Hinc consequens est, capitulo post nominationem Vicarii adhuc incumbere sollicitudinem Episcopalem in quam successit; neque ab ea, constituto Vicario, plene exonerari, uti notat Zyppus resp. 1. de Sede vacante.

118 Proinde tradit Bagnanus ab. citat. cap. His que, tit. de majori. & obedient. num. 75. quod si Vicarius sit aliqua causa suspectus, providet capitulum, atque vi jurisdictionis apud ipsum remanens de causis suspicionis cognoscit.

119 Quin, si capitulum det Vicario limitatam jurisdictionem & auctoritatem reservando sibi aliqua, ea Vicarius exercere non potest. Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 30. cui ecclesiarum multarum praxis consentit.

120 Quandoquidem de ratione Vicarii esse videatur dependere à voluntate & arbitrio constituentis, sive illius, cujus vices sustinet, consequens apparet, Vicarium capituli, non secus ac Vicarium Episcopi, pro libitu & arbitrio capituli revocari posse; & ita ante Concilium Tridentinum unanimi consensu sentiebant canonista.

121 At cum hodie ex prescripto Tridentini Concilii capitulum Vicarium nominare jubeatur, adeoque nominatio Vicarii, vel non designatio, non ita sit in arbitrio capituli, quemadmodum est in arbitrio ipsius Episcopi, hinc etiam penes Episcopum hodie videtur, esse liberio revocatio ipsius Vicarii, quam penes capitulum.

122 Et quidem Synodus Mechliniensis decrevit: Vicarium semel à capitulo electum vel confirmatum, postea sine justa & rationabili causa revocari non posse.

123 Quin refertur declarasse Sacram Congregationem Vicarium a capitulo nominatum revocari non posse, nisi ex causa à Sacra Congregatione Episcoporum probanda.

124 Ultra Vicarium, cui regimen ecclesie committitur, vult Synodus Tridentina, ut capitulum, Sede vacante, Economum unum vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum & proventus curam gerat.

125 Hanc tamen dispositionem Concilium limitat ad casum, ubi fructum percipiendorum cura capitulo, Sede vacante, incumbit.

126 Unde si Episcopus Juri Regalie sint subjecti, Sede vacante, rerum temporalium administratio, non ad Eco-

nomos à capitulo deputandos, sed ad Officialios Regios spectare consuevit.

127 Quod dicitur de Episcopatus subjectis Regalie juxta mores Gallie, simile obtinet in plerisque Episcopatus Italiae.

128 Quomodo enim in Gallie proventus Episcopatum huic juri subiectum cedunt, Sede vacante, Erario Regis, ita in Italia, Sede vacante, sunt reservati Camera Apostolica; & hisque colligendis deputantur collectores, qui Economos nominare consueverunt, uti notat de Luca discurs. 31. in Conc. Trident. num. 6. que reservatio verosimiliter profuit ex quadam specie Regalie, quam posteriores Pontifices exercuerunt in Episcopatus Italiae, praesertim in temporalibus sibi subjectos; cum nulla similis reservatio in commodum Camerae Apostolicae prisinis seculis nota fuerit.

129 Economus à capitulo deputati solam custodiam & curam rerum ad Episcopatum spectantium habent; unde instat curatorum nihil de fundis aut rebus Episcopatus alienare possunt: tenenturque hi Economus Episcopo ad vacantem ecclesiam promovere rationem suae administrationis, si exigit, reddere; tametsi ex ipso capitulo fuerint assumpti; potestque eos Episcopus punire, si in officio administrationis deliquerint, etiam si praedicti Officialis, redditus rationibus, à capitulo, vel deputatis ab eodem, absolutionem aut liberationem obtinuerint; uti praestatum Tridentinum Concilium declarasse videtur.

130 Vicario capituli, Sede vacante, attento stylo Curiae & Cancellariae, non dirigitur dispensationes matrimoniales, quia de illo Papa non confidit; sed Episcopo viciniori, sive eius Vicario in spiritualibus generali.

131 Et si litera dispensationis directae Vicario sine Officiali Episcopi, exsequerentur per Vicarium capitularem, Sede Episcopali vacante, deputatum, executio esset nulla, nullumque matrimonium vigore talis dispensationis contrahitur. Ita Conradus in practi. dispens. lib. 7. cap. 4. n. 15. (Vide verb. Spolium; in addit. hisp.)

CAPPUCCINI.

132 **D**ECLEARATUR, quod Ministro Generali Ordinis S. P. Francisci Cappuccinorum, & secundariis superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. P. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, civitate, provincia, & regno; etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ordinis jam reperiuntur, erigere, instituire ac fundare confraternitates. Sic expresse Clemens XII. const. incip. Apostolicae servitutis officium: quae reperitur tum in communi Bullario Romano, edito à Hieronymo Mainardo, tum in speciali Bullario ejusdem Ordinis Cappuccinorum. Quae constitutio si ad manus mihi obvenisset ante editionem Bibliothecae hujus, certe pro consueta mea ingenuitate fuisset adducta, & uti nunc, aliter etiam tunc, juxta ipsam fuisset conclusum.

133 Hinc Tertiarii à Patribus Cappuccinis recepti, gaudent omnibus gratis, privilegiis, indulgentiis, indulgentiis &c. quae unquam per Apostolicam Sedem tertio Ordinis fuerunt concessa & erunt deinde concedenda. Unde non amplius subsistunt tradita quoad hoc in verb. Tertiarii & Tertiariae num. 30. per satis de re claram constitutionem Benedicti XIII. incip. Dilecti Filii, ut reperitur tum in indice, tum in corpore Bullarii Romae editi typis Mainardi. Posteriora enim derogant prioribus; leg. Nam est novum 26. & leg. Sed & posteriores 26. ff. de leg. cap. Licet 1. de constit. in 6. (Vid. lit. D. pag. 79. vers. Quamvis...)

134 Idem Pontifex Clemens XII. omnibus, & singulis personis Tertii Ordinis S. Francisci, tam intra, quam extra claustra, sub jurisdictione Ministri Generalis Cappuccinorum dependentibus concessit per viam communicationis omnes Indulgentias, quibus fruantur, & gaudent confratres, & consorores confraternitatis B. M. V. de Monte Carmelo. Sic in ejus constit. incip. Sollicitudo Pastoralis officii.

135 Ast dicitur Indulgentias Ordinis B. M. V. de Monte

136 Carmelo Tertiariis secularibus Cappuccinis à Clemente XII. per viam communicationis concessas, revocavit Benedictus XIV. const. incip. Romanus Pontifex, quae extat in Bullario eorumdem Cappuccinorum tom. 7. pagin. 356.

137 Cappuccinis vetitum erat ex constitutione quadam sui Capituli Generalis, ne peccata sua exponerent alteri, quam sui Ordinis Confessario, etiam si longe abesset à monasteriis sui Ordinis: verum Benedictus XIV. die 30. Mart. 1742. facultatem fecit singulis eorum Sacerdotibus, & laicis longe à suis monasteriis versantibus, ut possent cuicumque Sacerdoti seculari à suo Ordinario approbato, vel Regulari, à suo pariter superiore approbato, peccata sua in confessione aperire, & ab eo absolute reservationis, etiam à casibus, & censuris in suo Ordine reservatis, addita tamen obligatione, ut ubi primum poterint, coram Superiore se sistant, & novam ab illis casibus, & censuris absolutionem obtineant. De hac re, vide quae fusius adducuntur in Supplementis novissimis ad verb. Approbatio artic. 2. num. 24.

138 A Cappuccino ad Regionem Hierosolymitanam auctoritate apostolica transiitio legatum annum vi professionis Cappuccinae mortuum, recuperari sancivit Sacra Rota in Janu. Legati 22. Jun. 1622. Ex Bullar. Cappuccinor. tom. 2. part. 391.

139 Advertendum, quod testatorum voluntates Fratres Cappuccini sicuti & alii Minorites, exequi possunt, nominando, vel eligendo ad subsidia dotaria & ad beneficia, ac juvenes ad seminaria. Sic Sacra Congregatio Concilii in Papie. Subsidii dotarii 1731. ex Bullario Cappuccinorum tom. 1. pag. 187. ubi refertur integra haec causa cum sua resolutione, & egregiis notis. Vide etiam in nostro tomo 10. appendix. resolutionum S. C. C. sub n. 143. Hinc cum his concilianda sunt, quae adducuntur verb. Testamentum art. 3. sub n. 53, 57, 58. & 59.

140 Cappuccini, sicuti & alii Minorites de Observantia, & reformati, declarant exempti à solutione alimentorum pro iis, qui carceribus S. Inquisitionis sunt mancipati; ex decreto Suprae, & Universalis Inquisitionis Romanae 15. Jul. 1732. Vide verb. Alimenta n. 118. \*\*\*

CARDINALES.

ARTICULUS I.

Quod ad eorum originem, creationem, & numerum.

SUMMARIUM.

- 1 CARDINALIUM origo unde desumpta: à quibus exemplariter trahant institutionem: ex quo tempore nomen eorum exiit: quis circa hoc usus invaluit: & quae pro tempore diversitate in eorum creatione, ad num. 12.
- 2 Quid venit observandum in cardinalium promotione, tanquam praescriptum in Romano Ceremoniali: quando perficitur dicta promotio: reliquae declarantur, si promoti à Curia absuerint, ad n. 19.
- 3 In secreto Consistorio pronuntiat: quae potestas inhaereat: quibus qualitatibus ornati esse debeant: & unde eligendi: quot ex Regularibus Mendicantibus: à Cardinalitate dignitate qui sunt arcenti, ad n. 35.
- 4 Aetas pro Presbyteris Cardinalibus: & Episcopis praefinitur: non omittitur designare quae in Diaconis requiruntur, ad num. 37.
- 5 Varius fuit Cardinalium numerus, quis plures creavit: ex quo tempore invariatus eorum numerus remansit, ad num. 40.
- 6 Quales esse debent: cultibus ex eis sua ecclesia particularis est assignata, cujus numeratio extenditur, ad num. 45.
- 7 Auctoritas supplementa demonstrantur, ad num. 50.
- 8 Substantur alia ex aliena manu, ad num. 67.

141 **C**ARDINALES originem videntur habere figuratiter à Sa-  
FERRAR. BIBLIOT. TOM. II.

142 cerdotibus Levitici generis, ut tradit Eugenius IV. in const. incipiens. Non mediocri, ex verbis Deuteronomio 17. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus; Verba hujusmodi referendo ad Summum Pontificem, & S. Romanae Ecclesiae Cardinales principales in ecclesiae regimine, ejusdem Cooperatores, Assessores, & Consiliarios, juxta expressam auctoritatem Innocentii in cap. Per venerabilem, qui filii sint legitimi, cujus verba, de Cardinalibus disserendo, sunt ista: Sunt autem Sacerdotes Levitici generis, fratres nostri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officii Coadiutores existunt. Unde tali textu animati quamplures gravissimi Doctores non dubitarunt asserere, Cardinalium officium quoad suam primordiale originem, & adumbrationem Juris esse divini, vel quidem Sacerdotum Levitici generis typum, & figuram tenere, Abbas, & alii Canonista in d. cap. Per venerabilem. S. Antonin. p. 3. tit. 11. cap. 1. & 2. August. Triumph. in tract. de potest. eccl. q. 102. Cardinal. Bellarm. in Apolog. cap. 4. pag. 35. Barbat. in tract. de Cardin. pract. q. 1. Laudens. de Cardin. part. 1. q. 34. & p. 2. q. 7. & 12. Alban. de Card. p. 5. Paleott. de Sacra. Constit. mem. 5. cap. 11. Turcrem. lib. 2. cap. 70. & 81. Lancellotti in templo omnium judic. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 27. Cuch. in Instit. Canon. lib. 3. tit. 4. n. 53. Germ. lib. 3. Sac. capit. 6. Macedo de clavibus Petri lib. 4. cap. 8. Camill. Borrom. in Summa omnium dec. tit. 5. n. 8. Azor. part. 2. lib. 4. cap. 1. q. 2. & alii. Cardinales sicuti figuratiter originem videntur trahere à Sacerdotibus Levitici generis, sic exemplariter ab Apostolis Christi institutionem videntur habere: Instituti enim fuerunt exemplo Apostolorum, qui Christo Domino in terris tanquam Pontifici assistere videbantur: Sixtus V. in const. incip. Postquam verus... ibi Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales representantes personas Apostolorum, dum Christo Salvatore regnum Dei predicant, aique humanae salutis mysterium operanti ministrant &c. ut notat Jacob. de Conc. l. 1. num. 252. quem refert Azorius insti. Moralit. part. 2. l. 4. cap. 1. q. 3. Barbo. l. 1. Juris eccl. univ. cap. 3. n. 2. Petra tom. 4. comm. in const. 15. Eugen. IV. num. 9. Et post Christi Domini Ascensionem Petro pontificale munus gerenti assistebant, cooperantes in regimine universalis ecclesiae, tanquam Cardinalatus officium exercentes, adeo ut Apostolos prius partes Cardinalium in Urbe Roma obisse, quam Episcoporum, expresse inquit Cardinal. Petrus de Alliaco de Auctor. eccl. cap. de Card. praecisus his verbis: Ex hoc potest inferri, quod Apostoli prius Cardinales, quam Episcopi fuerunt, &c. prius fuerunt Cardinales Urbis, quam Urbis; & infra: Senatui Apostolorum succedit collegium Sacrum Cardinalium quantum ad illum statum, quo apostoli coassistebant Petro, anequam fierent particularium ecclesiarum Episcopi. Et simili sensu locuti sunt Anton. Pagan. in Ordine jurisdictionis: & resident. Episc. serm. 2. circa finem. Fridericus Imperator, & omnes Doctores Pragenses Academiae, quando contra errores Joannis Hus subscriperant, ut apparet ex eorum verbis relatis à Thomassin. de benef. part. lib. 2. cap. 114. num. 2. §. Qui munus... quibus aperte constat cit. Eugen. IV. const. incip. Non mediocri, ubi dicit Cardinalium officium B. Petri tempore primordia habuisse.

143 Cardinalis autem nomen ante tempora S. Silvestri Papae existisse non constat, unde quidquid existiment alii, nomen Cardinalis ab ipso Silvestro creditur adinventum; cum prima in ecclesiasticis monumentis Cardinalium mentio inveniat in Concilio Romano celebrato post conversionem Constantini Imperatoris, praesente ipso S. Silvestro, in cujus art. 1. c. 6. & 7. septem Diaconi Cardinales Urbis Romae, quae dicto Concilio interfuerunt, descripti reperiuntur, ut ex Card. Borrom. notat Choell. in notis. Card. cap. 2. & in ipso Concilio sic statutum fuisse legitur: A Subdiacono usque ad Lectores omnes subditi sunt Diacono Cardinali viro Reverendissimo in ecclesia, representantes ei honorem &c. Et in eodem quoque Concilio de Cardinalibus S. R. E. fit sequens men-